N. 765.

CURRENDA III.

A. D. 1862.

N. 623.

Querela officiosa intuitu mancarum adeo Illustrationum e libris natorum, copulatorum, mortuorum &c. fine eliberandi a militia et excitatio ad accuratissimam notitiarum præscriptarum elucubrationem &c.

Incl. C. R. Officium Circulare Cracov. Nota Sua de 12. Feb. a. c. N. 2143. conqueritur contra nonnullos Curatos, quod Notitias (Objaśnienia) e libris supra citatis &c. quoad eliberationem quorumdam a militia, exoperandam, etsi in adversa pagina præ oculis habeant directivas necessarias, adeo mancas exhibeant; quodque idcirco plura cum temporis dispendio, supplenda restent a resp. C. R. Officiis Districtualibus, imo ab ipsa C. R. mixta eliberationis Commissione; requirit itaq. Nos ad ferendum auxilium. Tenor æstimatæ Notæ talis: „Die in den §§. 15 und 25 des Amtsunterrichtes zum Heeresergänzungs-Gesetze vom J. 1858 vorgeschriebene pfarrämtliche Auskunft, über den Familienstand des vom Eintritte in das Heer zu befreienden Militärpflichtigen und beziehungsweise seiner Eltern oder Großeltern wird ungeachtet, des hiezu vorgedruckten Formular's, und der auf dem Rücken des Formular's angesetzten Belehrung von vielen Pfarrämtern so mangelhaft ausgefertigt, daß die hohe Statthalterei sich bereits aus Anlaß der verflossenen Heeresergänzung des J. 1861, veranlaßt gefunden hat, derlei pfarrämtliche Auskünfte im k. k. Bezirksamte verifiziren zu lassen.

Es ist einleuchtend, daß die Bezirksämtliche Verifizirung, welche sich auf der bloßen Einvernahme der Partheien und der Ortsvorstände stützt, die Gebrechen der pfarrämtlichen Ausfertigungen nicht immer ersetzen kann, besonders wenn erwogen wird, daß das Bezirksamt, derlei Amtshandlungen in einer Zeit vornehmen muß, in welcher dasselbe von dem sehr voluminösen Rekrutirungsgeschäfte fast, über die Maßen in Anspruch genommen und äußerst gedrängt wird, während es für die Herrn Pfarrer, welchen die Matrikeln zu Gebothe stehen, ein Leichtes ist, derlei Familienauskünfte für die wenigen sich darum meldenden Partheien aus ihrer Pfarre bei einer nur etwas größeren Aufmerksamkeit mit aller Gründlichkeit und Genauigkeit auszufüllen.

Die neulich anläßlich der im Zuge stehenden Rekrutirung gemachten Wahrnehmungen bestättigen die andauernde Unverläßlichkeit der pfarrämtlichen Ausstellung von Familienauskünften, so wie auch den obenerwähnten Umstand über die Unzulänglichkeit der Bezirksämtlichen Verifizirungen.

Als Beleg des Gesagten diene die hier ·/. angeschloßene, vom Pfarrer in T.... unterm 11. Dezember 1861 zur Z. 34 ausgestellte Familienauskunft für den Militärpflichtigen Thomas **Paleczny**; in welcher das zweite Eheweib des Laurenz **Paleczny**, dann die Kinder Augustin und Michael erst vom Bezirksamte eingetragen, nebstbei aber auch noch von der k. k. gemischten Befreiungskommission Zusätze und Berichtigungen gemacht wurden, daß Thomas **Paleczny** von dem ersten Eheweibe Anna abstammt, und daß Augustin ein unehliches Kind der erst gedachten Anna ist.

Bei so bewandten Umständen und bei der Wichtigkeit der pfarrämtlichen Familienauskünfte für die Entscheidung der Befreiungsansprüche sieht man sich dringend veranlaßt, das Hochwürdige bischöfliches Konsistorium in Tarnow, diensthöflichst zu ersuchen, auf die verläßliche Ausfertigung, der fräglichen Familienauskünfte durch die Herrn Pfarrer mit allem Nachdrucke einwirken zu wollen."

„Vos estis lux mundi" Salvator noster clamitat; luceatis Fratres in Christo Dilecti! omnes in hac quoque muneris linea, ne *ministerium vestrum vituperetur* amplius... prout vituperandum esse statuimus *separatim* ministerium concernentis Parochi.

E C. E. Tarnoviæ 20. Feb. 1862.

N. 39.

Instructio pro Judiciis ecclesiasticis appromittitur imprimenda.

In Currenda XII sub N. præs. 265. 1860. Venerabilem Clerum certiorem redidimus de vulgatione *novarum legum matrimonialium* a) in lingua germ. et polonica sub titulo: „Cesarski Patent z 8. paź. 1857 w sprawach małżeń." b) in lingua lat. sub titulo: „Instructio pro judiciis ecclesiasticis." quæ Instructio continetur quoque in Cæs. Patentali germ. et pol. a pag. 512 usque ad pag. 552 ceu Appendix „Dodatek II. Instrukcyja dla Sądów Duchownych Cesarstwa Austryackiego co do spraw małżeńskich." Fecimus porro mentionem de cura Nostra recipiendi per 1. exemplar illarum legum ab Alto Regimine pro qualibet Ecclesia. Interim quoniam res urgebat, imprimendum commendavimus a) Appendicem ad Cur. XII. 1856. „De *Impedimentis matrimonialibus* a 1. Jan. 1857. **valituris, dirimentibus** et **impedientibus**"... b) Quoniam solicitudo Nostra circa acquirenda exemplaria effectu destituta esset, continuationem preli *legum matrimonialium* A. 1857. disposuimus, videlicet: De **Sponsalibus**; de **Dispensatione in matrimonii impedimentis** a Potestate ecclesiastica et civili; de **Convalidatione matrimonii**; de **poenis in transgressores legum matrimonialium**... in Cur. I. 1857 sub N. 85. de **Litteris baptismi** ac **sepulturae** ante Copulationem comportandis in Cur. III. sub N. 334. de **Procedura** quoad separationem a thoro et mensa, de Inquisitione praevia; de **Processu** probatorio... in Cur. IV. pag. 35. **Procedura** intuitu separationis a thoro et mensa juxta Claris: Lobeschiner.., in Cur. V. 1857; in Cur. II. 1858. dtto. VI. 1859 sub N. 1212; de **Neo-**

sponsis ex aliis Imperii provinciis sine licentia resp. Instantiæ polit. non copulandis... in Cur. V. N. 1550. de **applicatione** novæ legis matrimonialis pro C. R. militia vaga... in Cur. VII. N. 1887. de **dispensatione a bannis** pro militaribus a quibus petenda.., in Cur. VIII. N. 2250. de **via appellationis** usque ad III. Instantiam in matrimonialibus, in Cur. XI. N. 3365. de **taxis pro Judiciis** matrim. dtto. N. 3367. de **consensu** ad matrimonium pro quiescentibus **Vigiliae** Financiar. N. 3557. dtto; de **non copulandis invalidis** reservationis sine licentia militari in Cur. VIII. N. 1871. dtto; de **terminis** in conjugum reconciliatione servandis et exprimendis. in Cur. XIV. N. 2311. dtto; de **litibus** matrimon. ad Judicium matrim. civil. ecclesiast. et ad militare eccles. spectantibus in Cur. II. 1859 sub N. 2651. ex 1858.

His non obstantibus §§ Instructionis latinæ plerumque ignorantur, quando in causis matrimonialibus ad eas provocatur; idcirco totam **Instructionem** verbaliter in sequentibus Currendis daturi sumus, quæ ceu opus **genuinum** separatum, ast præcedentes normæ ceu **dilucidationes** illius et ceu **additamenta** considerari poterunt. Tarnoviæ 25. Feb. 1862.

Nr. 697.

Meditatio de Sacerdotio.... sub tempore quadragesimali.

Quidam Presbyter Elaborationem Suam intuitu Sacerdotii fine consequendi impressionem in Currenda, horsum promoverat, quam adjectis notis pro meditatione frequentiori, præprimis sub tempore quadragesimali chartæ mandandam statuimus. Ipsa est tenoris sequentis:

„Quid est Sacerdos?“

I. Juxta nomenclaturam, statuta, &c.

„*Sacerdos* 1) est vir legitime ab Episcopo ordinatus, ad offerendum Deo incruentum Corporis Sanguinisque Jesu Xti Sacrificium, et alia Sacramenta administranda &c. *Sacerdos* autem appelatur ideo, vel quia *sacra* docet, ut Magister rerum sacrarum; vel quia est *sacer* Dux ad cœlum viam tam verbis, quam exemplis ostendens; vel quia *Sacra* dat, id est sanctissima mysteria dispensat; aliter vocatur *Clericus* 2) vel quia de sorte Domini est, vel quia Dnminus ipse est *sors*, seu haereditas illius. Ita S. Hieronimus Epis. 2 ad Nepot. Dicitur etiam *Presbyter*, 3) quod idem sonat ac senior, et vir grandioris aetatis, quia ob munus suum excelsum eodem, quo seniores, honore, ac reverentia dignus est.

Sacerdotum apud Gentiles praecipue Romanos varia fuere *genera* utpote ***Flamines**, **Diales**, **Martiales**, **Quirinales**, **Sabii**, **Pontifices Majores**, **Pontifices Maximi**, **Reges Sacrorum**, **Sacrificuli**, **Galli** &c.*

---

1) Secundum Antoninum vocis „Sacerdos“ hæc etymologia est: Dans sacra, sacra dos, sacer esto, sacerdos.

2) E græco *Κληρος*... sors.

3) „Sacerdos,“ vox profana et odiosa primis Christianis, cujus loco dicebatur „Presbyter“ e græco „senior:“ nam inter Judaeos erant sacerdotes et principes sacerdotum et inter ethnicos idolorum sacerdotes, imo et fœminæ erant sacerdotes. Hinc in Martyrologio nunquam reperitur v. g. S. Valentini Sacerd. sed Presbyteri.

Nomenclatura hæc „senior“ juvenes et seniores de ordine nostro arceat a levitate animi... a sermonibus nec non actibus, qui nec laicum decent. aut nobis expresse sunt interdicti.

In sacerdotibus ethnicorum desiderabantur variæ qualitates, præprimis *candor morum castitasque;* sic e. g.

Pythagoras apud Laert. Lib VII. jubet accedentem ad deos corpore esse puro mundisque vestibus, ac vult parari etiam animos, expiationibus, ablutionibus, aspersionibus, continentia, Veneris abstinentia, sedulo pollutionibus omnibus evitatis.

Demosthenes Orat. adv. Androtion. ad finem, docet, purum esse et castum, spatio quorumdam dierum oportere illum, qui se ingredi templa cupit, sive tangere pateras sacras, et canistros.

Solon unum ex suis legislatoriis statutis ita proponebat: „Reo adulterii accessus in templa prohibitus est."

Zaleukus Locryensium legislator teste Diodoro Siculo inter alia haec praecepit: „Oportet, ut homo sit dominus animæ suæ, ut illam purget, omne malum ex ea expediat, et cogitet, quod Deus a perversis hominibus neque agnosci, neque etiam probe coli possit; ac quod ipse miseris mortalibus aequiparandus non sit, qui se splendidis ceremoniis et donis falli patiuntur, virtus sola, seu irremissus conatus bene agendi ipsi placere potest. Adlaboret itaque omnis, ut in suis principiis in expletione eorum justus sit, et sic Deo gratum se exhibebit."

Tibullus Lib. II. Eleg. I. „Discedat ab aris Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus, Casta placent superis" Cicero de legalibus Lib. II. 8. „Ad divos adeunto caste."

Plutarchus Symp. Lib. III. Quæst. VIII. monet, nequis mane in templo sacrificet, qui antehac manibus suorum jurium usum fecisset, rationem addens; quod inter utrumque noctem, et somnum, conveniensque tempus, interponere oporteat.

Gratius Talsic. in Cynegetic. „Procul hinc extorribus ite. Edico præsente Deo præsentibus Aris. Quis scelus, aut manibus sumptum, aut in pectore motum est."

In aditu templi Epidauri scriptum erat teste Clemente Alexand. Lib. V. Stromat. „Esse decet castum, sancti, qui limina templi ingreditur."

Sacerdotes Aegyptiorum teste *Chaeremonio* apud Porphyrium, de Abstin. Lib. IV. cap. 7., et Herodoto, de Sacerdotibus Aegypt. continebant se ab opere conjugali, quando sacrificia offerebant. Conf. etiam Clem. Alex. Lib. I. Strom.

Herodotus in describendo splendido templo Beli memorat cellulam pro virgine destinatam, quae ad consortium divinitati præstandum, electa esset.

Teste *Demosthene* Orat. contra Neraeam jurabant fœminæ, quae quotannis canistros suos Athenis ad aram Bachi portabant hoc modo: „Pia, pura, et munda sum, a cæteris immundis, et a viri congressu, et divinum natalem, et Jobachea celebro Bacho, patrio ritu, et legitimis temporibus."

Silius Halicus Lib. III. de Bello punico describit sacerdotes Herculis Gaditani hoc modo:

„Pes nudus, tonsæque comæ, castumque cubile.“ Vestales virgines ex decreto *Nummæ* ad stricte observandam continentiam tenebantur; et teste *Livio* I. 29. Romanis, virginitate, aliisque ceremoniis venerabiles et sanctae erant. Inde habet *Virgilius*:

Quid mirum virgo, si virgine laeta ministra
Admittat castas, ad sua sacra manus.

In templo Minervae alebatur tam Romae, quam Athenis ignis sacer per virgines.

Apud *Borussos* paganos, summus sacerdos in functione sacra utebatur subordinatis sibi servis ac servabus dictis Weydelotae, quibus coelibatus sub poena combustionis injunctus erat (Dzieje i prawa kościoła polskiego w Warszawie MDCCXCIII. Tom. I. pag. 34.)

Indiani festum Nerpoutironnalis celebrantes ab uxoribus se continent. — Ipsemet Mahomedes, licet caeteroquin sensualitati multum indulgens, tamen Corani c. 1. vult, ut ejus sectatores in festis diebus, ac in piis peregrinationibus ab uxoribus obstineant. Peruani in primo novilunio Septembris solemne festum Kanku celebrantes, continebant se ab uxoribus (Ceremonies religieuses de tous les peuples Paris 1741). Inter Hieronenses et Irokesenses ille pro criminis reo habebatur, qui 24 horis ante illorum festum, Kalumet dictum continentiam non observasset. (Markensie voyage dans le Nord de l' Amerique). —

Apud *Hebraeos* solum assumebantur ad Sacerdotium ex tribu Levi, et quidem ii, qui ex Aronis posteris erant.

In Sacerdote Vet. Foederis oblaturo Sacrificium, et ministraturo hæc desiderabantur: I. Ut non esset *idololatra*, quod ex Ezech. 44. 13. ubi Sacerdotes rejiciuntur, qui idololatriae rei fuerant. II. Ut non *extraneus*. Ex Aron enim ortus esse debebat, unde dicitur Num. 3. 10. „Extraneus, qui ad ministrandum acceserit, morietur.“ III. Non *corporis vitio* notatus... hoc est: non coecus, claudus, parvo, grandi, vel obtorto naso, fracto pede, vel manu, gibbus, lippus, albiginem habens in oculo, jugem, scabiem, vel impetiginem in corpore, herniosus, (cum ruptura)&c. Quippe qui non admittebatur ad offerendum; vesci tamen debebat de oblatis, sed Sanctuarium non ingredi. Levi 21. 17. et seq. IV. Non *praeputiatus*, utpote qui tamquam alienigena putabatur. Ezech. 44. 9. V. Non *immundus*, puta ob lepram, fluxum seminis, super mortuo, aut super eo, ex quo egreditur semen, quasi coitus, ob tactum reptilis, aut immundi cujusque, donec mundaretur. Levi. 22. 4. VI. Non *temulentus*, quoties ministrare debebat, secus poenam mortis comminatus est Dominus. Levit. 10. 9. VII. Non *suis vestibus* destitutus, secus reus iniquitatis deferebatur. Exod. 28. 40. VIII. Non *vestibus redundans*, hoc est non ultra debitas Sacerdoti alias ferens. Quod deducunt Rabini ex opposito. IX. Vestes *laceras* non habens. Quod deducitur ex dicto Aroni et filiis ejus, ne vestes sibi lacerarent, aut scinderent, sub mortis poena. Levit. 10. 6. X. Non *illotus*, (quoad manus et pedes,) morte enim pariter damnabatur. Exod. 30, 19. XI. Non *sedens* stando enim ministrare debebat, quod deducitur ex Deut. 18. 5. XII. Non *utens manu sinistra* pro dextra. Quod deducunt Rabini ex eo, quod *dextrae* Aaron et filiorum ejus consecratae fuerint sacra unctione, non sinistræ, Levit. 8. 22. Alias autem Rabinorum subtilitates potius et argutias, quam res fundamentales relinquimus, ne taedio simus legentibus.

II. De Sacerdotio e Sacra Scriptura.

„Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos Dominus.“ Exod. 19. 22. „Sacerdotes sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus. Incensum enim Domini, et panes Dei sui offerent, et ideo sancti erunt“ Levit. 21. 6. „Consecrati sunt Deo, et panes propositionis offerunt, sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum Dominus, qui sanctificabo eos. Lev. 21. 8. Sacerdos Maximus, super cujus caput fusum est unctionis oleum et cujus manus Sacerdotio consecratae sunt, vestitusque sanctis vestibus“ Lev. 21. 10. „Separavit vos Deus ab omni populo, et junxit sibi, ut serviretis illi in cultu tabernaculi, et ministraretis ei.“ Num. 19. 9. „Constituit coram Arca Domini de Levitis, qui ministrarent, et recordarentur operum ejus, et glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel. I. Paralip. 16. 22. „Sacerdos magnus oleo Sancto unctus est.“ Num. 35. 25. „Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum et animam meam faciet.“ I. Reg. 2. 35. „Quis extendet manum suam in Christum Domini, et innocens erit?“ I. Reg. 26. 9. „Nolite tangere Christos meos.“ I. Paralip. 16. 22. „Sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem II. Paralip. 6. 41. „Sacerdos doctus, atque perfectus“ I. Esdrae. 2. 63. „Vos estis presbyteri in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum“ Judith. 8. 21. „Pecatori dixit Deus: quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?“ Psal. 49. „Sacerdotes tui induantur justitiam.“ Psal. 131. 9. „Sacerdotes ejus induam salutari.“ Psal. 131. 17. „Presbytero humilia animam tuam“ Eccles. 4. 7. „In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere.“ Eccles. 6. 35. „Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum.“ Eccles. 7. 15. „In tota anima tua time Dominum, et sacerdotes illius sanctifica“ Ezech 7. 31. „Honora Deum ex tota anima tua, et Sacerdotes honorifica.“ Eccles 7. 33. „Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, et in proverbiis eorum conversare. Ab ipsis enim disces sapientiam; et doctrinam intellectus, et servire Magnatibus sine querela.“ Eccles 8. 9. „Ecce Dominus dissipabit terram, et erit sicut populus sic sacerdos. Isai: 24. 1.—2. „Mundamini, qui fertis vasa Domini.“ Isai: 25. 11. „Sacerdotes Domini vocabimini, Ministri Dei nostri.“ Isai. 61. 6. „Sacerdotes non dixerunt: ubi est Dominus? et tenentes legem nescierunt me, et pastores prævaricati sunt in me.“ Jerem. 2. 8. „Dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.“ Jerem: 3. 15. „Inebriabo animam sacerdotis pinguedine, et populus meus bonis meis adimplebitur.“ Jerem: 31. 14. „Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos; nonne greges a pastoribus pascuntur. Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.“ Ezech: 34. 3. „Super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, et non orat, qui requireret.“ Ezech. 34. 6. „Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea, inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam, et inter pollutum et mundum non intellexerunt.“ Ezech. 12. 26. „Sacerdotes ingredientur Sanctuarium meum, et ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi, et custodiant cærimonias meas.“ Ezech: 44. 15. „Caput suum non radent, neque comam nutrient, sed

tondentes attondent capita sua.“ Ezech: 44. 20. „Vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.“ Ezech: 44. 21. „Primitiva omnium primogenitorum, et omnia libamenta, ex omnibus, quæ offeruntur, Sacerdotum erunt &c....“ Ezech: 44. 30. „Benedicite Sacerdotes Domini Domino, laudate et superexaltate eum in sæcula.“ Daniel 3. & 4. „Peccata populi mei comedent, et erit sicut populus sic sacerdos.“ Oseae 4. 8. „Audite hoc sacerdotes et attendite, quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi.“ Oseae 5. 1. „Accingite vos, et plangite Sacerdotes! ululate Ministri Altaris, ingredimini, cubate in sacco Ministri Dei, quoniam interiit de Domo Dei vestri sacrificium &c.“ Joël 1. 13. „Inter vestibulum et Altare, plorabunt Sacerdotes ministri Domini et dicent: Parce Domine, parce populo tuo. &c.“ Joël 1. 2. 17. „Sacerdotes ejus in mercede docebunt.“ Michæ 3. 11. „Sacerdotes ejus polluerunt sanctum, injuste egerunt contra legem.“ Soph. 3. 4. „Dicit Dominus exercituum; ad vos o sacerdotes! qui despicitis nomen meum et dixistis: In quo despeximus nomen Tuum? offertis super altare meum panem pollutum, et dicitis: in quo polluimus te?“ Mal. 1. 6. & 7. „Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est.“ Mal. 27. „Sancta tua conculcata sunt; et contaminata sunt, sacerdotes tui facti sunt in luctum, et in humilitatem.“ I. Machab: 3. 51. „Elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei“ Machab: 4. 43. „Vos estis sal terræ, quod si sal evanuerit, in quo salietur? Vos estis lux mundi &c.“ Math. 5. 13. „Quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in cœlis, et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlis.“ Math. 18. 18. „Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, et dispensatores Misteriorum Dei.“ I. Cor. 4. 1. „In omnibus exhibeamus nosmet ipsos, sicut Ministros Dei.“ II. Cor. 6. 4. „Qui ergo alium doces, te ipsum non doces?“ Rom: 2. 21. „Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore habeantur digni, maxime, qui laborant in verbo et doctrina.“ I. Tim. 5. 17. „Adversus presbyterum accusationem non recipe, nisi sub duobus aut tribus testibus.“ I. Timot 5. 19. „Nemo militans Deo implicet se negotiis saecularibus.“ I. Timot: 2. 4. Sollicite cura te ipsum, probabilem exhibe te Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem Verbum veritatis. Profana autem et vaniloqua devita.“ I. Timot: 5. 15. „Pascite, qui in vobis est gregem non coacte, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque dominantes in Cleris, sed facti gregis ex animo.“ Petr. I. 5. 4. „Sacerdotium sanctum offerte spirituales hostias, acceptas Deo per Jesum Christum.“ I. Petr. 25. „Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.“ Petr: 9. „Recordare Domine Deus meus, adversus eos, qui polluunt sacerdotium, jusque sacerdotale.“ II. Esdræ 13. 29. „Statuit ei testamentum pacis, et principem fecit eum, ut sit illi sacerdotii dignitas in acternum.“ Eccles 45. 30. „Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.“ Oseæ 4. 6.

Jeremias cum prophetaret excidium Jerusalem, sacerdotes apprehenderunt eum, et morte dignum judicarunt, et Princeps et omnis populus dixerunt ad sacerdotes: *Non est viro huic judicium mortis, quia in nomine Dei Nostri locutus est ad nos.* Jerem: 26. 7.

(Conclusio sequetur).

L. 1013. z r. 1861.

Uwagi nad Brewiarzem w szczególności,

według Ambergera i t. p. Dalszy ciąg do Kur. XXII. 1861.

Preces majores.

W feryje adwentu, postu, w suche dni i połączone z postem wilie, wyjąwszy wilią Bożego Narodzenia i wilią w raz z suchemi dniami zielonych świątek, (Rubr. gen. Brev. XXXIV. n. 3.) w dni więc pokutne *w Wielbieniach* nie następuje bezpośrednio po „Benedictus“ *Collecta*, lecz ją poprzedzają modły pokutne, zwane *preces majores* lub *feriales*, które według swego charakteru zawsze *klęcząco* odmawiać należy. Gdy kościół w „Bene-

dictus" przed tron łaski Odkupiciela stanął, upada w duchu pokutnym przed Nim na kolana i prosi za wszystkiémi mu należnémi, za królem i ludem, za żywych i wiernych zmarłych, za obecnych i nieobecnych, aby wszyscy w łasce odkupienia uczestniczyli. Dla uroczystości tych próśb wymawia Hebdomadarz „Pater noster" *głośno*; jest to publiczne i wspólne błaganie wszystkich, które nam przypominać mają zgodę i pokój, który ze wszystkiemi mieć mamy, jeżeli chcemy być wysłuchanymi. Owe prośby kościoła są tak tkliwemi, iż się do Responsorium przed modlitwą dodaje Psalm pokutny: *Deprofundis*.

Podobnie *w Prymie* (wyjąwszy festis dupplicibus et infra Octavas) poprzedzają kollektę *preces*, w których serce wprzód to wylewa, co ona w sobie łączy. Są one i w Prymie na swojém miejscu, gdyż dusza w poranku na cel życia dniowego poglądajac, czuje się w swéj ułomności i grzészliwości słabą do jego dopięcia, jeżeli jéj Bóg szczególną pomocą nie wesprze.

Gdy czciciel Boga przez „kyrie elejson" stósowne w sobie usposobienie wzbudzi, w którym preces odmawiane być winny a w „Pater noster" i „Credo" na prawdziwym fundamencie modlitwy stawa, błaga, aby przez dzień dla chwały Bożéj żyć mógł, nadwszystko o przebaczenie grzéchów, czyste serce i ducha prawego, potém wznosi się w ufności na wspomożenie w imieniu Pana *) i na przemian z chórem czyni hebdomadarius spowiedź powszechną, „Confiteor" po któréj następują prośby o opiekę, chroniącą od upadku do grzéchu w biegu dnia.

In dupplicibus et infra Octavas, których dni obchód bardziéj myśl dniową koncentruje, opuszczają się preces; feriis ale, w których Laudes mają preces, one i w Prymie się rozszerzają, bo wtedy uczucia pokutne przeważają. Przed Adjutorium nostrum dodają się *preces feriales seu majores* o zmiłowanie, pomoc i duchowne odnowienie się do *preces dominicales* ceu *miniores*.

W nieszporach także w owe dni, w które przy „Laudes" preces feriales *kollektę* poprzedzają, tóż samo mają miejsce. Jako przy zaczęciu dnia po ukończoném nocném officium, godzi się i przy końcu dnia i dniowego officium w dni pokutne skruchę i pokorę w sobie ćwiczyć, abyśmy łaski dnia sowiciéj uczestniczyli. Nieszporne preces różnią się od tych, które przy Laudes się odmawiają, tém tylko, że na miejsce Psalmu: *De profundis* odmawia się *Miserere*; piérwszy bowiem jest wołaniem duszy z głębi grzéchowéj nędzy; drugi jest raczéj westchnieniem duszy już głównie oczyszczonéj, lecz większego jeszcze usprawiedliwienia, uświęcenia i połączenia się z Bogiem pragnącéj.

I w *Completorium* poprzedzają w dni, w które w Prymie preces odmawiano, kollektę także preces; początkowe są pełne radośnéj chwały **) w uznaniu doznanego miłosierdzia Trójjedynego; kończące pełne są ufności ***) w wysłuchaniu próśb innych, szczególnie o zachowanie od największego złego, nowego w grzéch upadku... czynionych; odmawiają się téż klęcząco.

---

*) Adjutorium nostrum in nomine Domini...

**) „Benedictus es Domine"... „Benedicamus Patrem"... i t. d.

***) „Benedicat et custodiat nos" „Dignare Dne! nocte ista, sine peccato nos custodire" &c. &c.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 27. Februarii 1862.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviae.